



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

26 Vias meas enunciaui: & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

26 Vias meas enuntiaui , & exaudisti
me: doce me iustificationes tuas.

Enuntia-
mus vias.
nostras.
Deo.

Primo
examine
conscien-
tiae.

Job 13.

Psal. 6.

Secundo
confessio-
ne.

S. August.

Conf. l. 10.

c. 2.

Psal. 31.

Tertio di-

*rectio-
nis*

Doce me iustificationes tuas :

*quas tamen
docci*

IN hac via , per quam ambulo frequen-
ter erro , deuio , retrogredior , titubo ,
hæreo , impingo . Quid reliquum ergo est ,
nisi ut necessariò vias meas enuntiem tibi ?
Enuntio autem discussione , manifesta-
tione , directionis petitione . Nam pri-
mum in lumine tuo viæ meæ arguenda
sunt , vt spem salutis concipere possim ,
iuxta quod scriptum est . Veruntamen
vias meas coram eo arguam , & ipse erit
Saluator meus . Sunt enim hæ viæ , id est ,
omnes actiones meæ explorandæ , vocan-
dæ in iudicium coram Deo : coram man-
datorum eius consilio sistendæ : tum per
singulas noctes perfundenda conscientia
lacrymis ..

Deinde manifestatione , id est , confes-
sione : vt illas tibi confitear , mihi ipsi
enumerans , & ob oculos ponens . Nam
tibi Domine , cuius oculis nudus est abysmus
humanæ conscientiæ , quid occultum es .

set in me , etiamsi nollem confiteri tibi .
*Te enim mihi absconderem , non meti-
bi . Dixi confitebor aduersum me ini-
stiam meam Domino , & tu remissisti im-
pietatem peccati mei .*

Deniq; directionis petitione : ideo dixi .
*Doce me iustificationes tuas : quas tamen
docci*

doceri
tarem
quantu
ergo in
men ,
hæc vo
ergo in
no dis-
ciendo
nire .

Vida
nem , pe
stum o
Quid e
tantem
do retro
tem , in
tem po
fendat .
lias D
vberes i
nima n
festare
gressus

17 Via

S'Anct
sinua
stue , p
ad yerb

doceri non peterem, si eas penitus igno-
tarem: & rursus petendæ non essent, si
quantum cupio didicissem. Et exercebar
ergo in iustificationibus tuis, & peto ta-
men, vt eas doceas me. Sed proficientis
hæc vox est (inquit S. Augustinus:) Non
ergo in quibus exercebatur vult à Domi-
no discere, sed ab illis ad alia profi-
cendo, veluti crescendo desiderat perue-
nire.

Vide autem fructum. Cognitio petitio-
nem, petitio exauditionem, exauditio fru-
ctum operata est. Et exaudisti, inquit, me.
Quid est exaudisti me? nisi reducendo er-
tantem, deducendo deuium, promouen-
do retrogradientem, stabiliendo tituban-
tem, impellendo hærentem; & impingen-
tem portando manibus, ne ad lapidem of-
fendat. Quis non libenter enuntiet vias
suis Domino, cum ex enuntiatione tam
vberes fructus colligantur? Non taceat a-
nima mea labijs, non taceat corde mani-
festare scienti vias suas. Apud te enim *Psal. 36.*
gressus nostri diriguntur.

¶ Viam iustificationum tuarum in-
strue me.

S'Anctus Ambrosius, pro instrue, legit in-
sinua. Sed siue dicatur insinua, siue in-
strue, parum est. In Hebræo significantius
ad verbum, Fac me intelligere, vel consi-
derare.

O 7